Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35408
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

respicit auctorem nec solus dominus
rationali creature indidit quandam
capacitatem ad gratiam quam nemo potest
repletere nisi deus cui natus creatura
nata est obedire et ideo hec capacitas
dicitur obedientialis. Hanc in nullo
angelo vel sancto credimus esse impletam
nisi in maria in prima sanctificatione
utero et ideo tunc maiorem accepit
gratiam quam aliquis angelorum vel sanctorum
hunc et ob hoc tunc mirabiliter potuit
dici plena gratia. Tunc capacitas
eius respicit dominum qui solus potest eam re
plere sed cum hoc requirit spiritalem
influxum vel trinitatem personarum dei
et hec fuit in maria cum filium concepit
deum. Ecce hoc non quod deus tunc ei spe
cialiter modo illapsus vel unitus fuit
in ea et tunc capacitas ad gratiam et
ideo tunc fuit repleta tanta gratia
quantam nulla creatura pura potest re
cipere. non est mirum deum et quantus ipsa
uirgo maiorem gratiam recipere non
potuit deus tunc maiorem dare po
tuisset si ipsa capax fuisset sicut
patet de christo cui maiorem gratiam dedit
quia capax fuit per unionem divine
persone. Videtur quod dicamus quod maria
repleta est talibus et tantis splen
doribus gratiarum ad quos nulla crea
tura angelica uel humana potest
attingere. unde de ipsa potest intelligi
Baruch v ca. Deus ordinat ite

splendorem qui sub celo est. quia dicit
O maria splendorem omnis gratie quem
sub celo est deitatis deus ordinat inter
eum te super omnem creaturam adimple
uit ita quod super te nichil est nisi deus
De qua plenitudine. Johannis in sermone
de Assumptione. Cetis per ipsum pstatur
marie uno se simul infundit
tota plenitudo gratie. Ipso utero eius
fuit plenum dei maiestate. de qua
plenitudine intelligi potest ysaye
Vidi dominum sedentem super solium
excelsum et elevatum et plena e
rat domus maiestate eius. Istud solium
est anima marie firmum et bene fun
datum divina custodia. sicut dicit ysaye
firmissimum solium tuum in eter
num. Hoc solium est excelsum per pri
mam sanctificationem in utero et est e
levatum per iam sanctificationem in concep
tu salutifero. In hoc solio. scilicet in anima
marie dominus sedet per gratiam. Iustis
quia sedens locum non mutat. ita
dominus ab anima marie cum gratia nunquam
recessit. Dominus uero plena dei ma
iestate et utero uirginis plenus
christo deo et homine vnum ambo. Bene
sola gratia plena dicitur quia solam gratiam
quam nulla alia meruit consecuta
est ut gratie impletur auctore. O
uere ineffabilis plenitudo quam si
mil nulla precessit nec sequi possu
mus. non dicere quod sum aliquo modo ma